Ludi scaenici omnium gentium

THALIA

Theatri Artisque
Ludricae Iuges Agones

Vicetiae
a Kal. Aug. ad a.d. VII Id. Aug. a. 2022
(vulgo a die 1 ad diem 7 m. Augusti, a. 2022)

Thalia conventus est ad quem convocantur homines docti studiosique rerum theatralium litterarumque Latinarum, ut septem dies Vicetiae agant, in praeclaro oppido ab Andrea Palladio exornato, insigni cum aliis augustissimis monumentis, tum etiam theatro Olympico, quod primum in Europa post occasum Urbis lapide et marmore est aedificatum. In hoc conventu et fabulae scaenicae agentur et scholae explicabuntur. Animum attende, sodalis, sive spectator ad nos venies, sive magister, sive histrio aut pantomimius: Thalia in duas partes dividitur, quarum altera Symposium, altera Ludi nominatur.

Symposium appellamus scholarum seriem in qua de antiquitatibus Graecis et Romanis disputabitur, necnon de arte ludicra, de comoediis tragoediisque quae Media Aetate et Tempore Artium Renascentium Latine exaratae sunt. Acroases Latine recitabuntur cum ab ipsis Scholae Humanisticae moderatoribus, tum etiam ab aliis egregiis magistris et philologis, in quibus numerantur nonnulli ex clarissimis litteratis qui antiquitatum rerumque Latinarum disciplinam in Europa profitentur. Ludos appellamus agonem scaenicum in quo Corona Aurea petitur: haec autem eis dabitur, qui praestantissimam fabulam Latinam docuisse videbuntur.

SCHOLA HVMANISTICA · VILLA VALMARANA AI NANI · ALF Academia Latinitati Fovendae · HE HVMANITAS EVROPAE

ASOCIACIÓN CVLTVRA CLÁSICA · TSM Teatro San Marco · MELISSA · SCHOLA LATINA · VENETO NOVO

www.scholahumanistica.com

Conventus programma

Lunae die 1 m. Aug. 2022

17:00–20:00	Participes in deversorium recipientur

Martis die 2 m. Aug. 2022

9:30–9:45 (In aedibus Clericatorum)	Participum recensio
9:45–12:00	Auspicatio Conventus et salutationes
15:00–16:30 (in Atrio Divi Laurentii)	Scholae de comoediis tragoediisque Latinis
17:00–19:00 (Vicetiae Lustratio)	Ambulatio per urbem
21:00–22:30 (Theatrum Divi Marci)	Bacchus⎍⎍Pentheus – fabula auspicalis

Mercurii die 3 m. Aug. 2022

9:30–13:30 (in Atrio Divi Laurentii)	Scholae de comoediis tragoediisque Latinis
15:30–18:00 (Vicetiae lustratio)	Theatrum Olympicum Vicetinum necnon aedes familiae "Leoni Montanari" visitabimus
20:00–23:00 (Theatrum Divi Marci)	Fabulae scaenicae (prima pars)

Iovis die 4 m. Aug. 2022

9:30–13:30, 15:30–18:30 (in Atrio Divi Laurentii)	Scholae de comoediis tragoediisque Latinis
20:00–23:00 (Theatrum Divi Marci)	Fabulae scaenicae (secunda pars)

Veneris die 5 m. Aug. 2022

9:30–13:30, 15:30–18:30 (Iin Atrio Divi Laurentii)	Scholae de comoediis tragoediisque Latinis
20:00–23:00 (Theatrum Divi Marci)	Fabulae scaenicae (tertia pars)

Saturni die 6 m. Aug. 2022

9:30–13:00, 15:00–16:30 (in Atrio Divi Laurentii)	Scholae de comoediis tragoediisque Latinis
17:00–17:30	Ad Villam Valmaranianam deambulabimus
18:00–19:30 (In Villa Valmaraniana)	Lustratio Villae Valmaranianae
20:00–21:00	Concentus musicus
21:00–21:30	Praemia victoribus conferentur
21:30–23:00	Epulae

Solis die 7 m. Aug. 2022

10:00	Tempus, ad quod participes ex deversorio decedere oportet

UBI?
Vicetiae

Villa Valmaraniana

Atrium Divi Laurentii

Theatrum Olympicum

Aedes Clericatorum

Aedes "Leoni Montanari"

Theatrum Divi Marci

Auditores

Discipuli, magistri, omnes qui sive studiorum sive animi causa locos exquisitiores litterarum Latinarum legere atque in notitia sermonis Latini proficere cupiunt.

Lingua

Latina.

Quibus condicionibus

Ut intersis, satis est te leges linguae Latinae perspectas habere.

Pretium

Ut scholis et spectaculis intersis, 290 nummos Europaeos adnumerabis. Nomen dare licet usque ad Kal. Iulias a. 2022.

Plura de Thalia 2022